

sillabam ceterae^a convenire possint, et^b semper puellae nuntient versus alta voce. Post¹ vesperam^c, hora competentis facto signo, in^d unum omnes conveniant in capitulo vespertino^e et legatur scriptura, quae edificent audientes, quantum hora permittit. Finita lectione surgant^f pariter, et dicat domna^g abbatissa: *Adiutorium*² *nostrum*^h. Receptoⁱ silentio cum reverentia intrent in oratorium factaque oratione dent confessiones suas alternatim^k et^l incipiant completorium^m nonⁿ nimis alte. Expleto eodem^o officio puellae³ cum pedagogis in choro orent et postea ceterae similiter agant. Post orationem studeant singule sine ullo stre- (fol. 102) pitu vel sono dormitorium petere, agentes gratias Deo ita dicendo: 'Gratias⁴ tibi ago, Domine^p, sancte pater omnipotens, qui me dignatus^q es in hac die custodire per tuam sanctam misericordiam. Concede mihi hanc noctem mundo^r corde et corpore sic pertransire, quatinus^s mane surgens gratum tibi servitium exsolvere possim.' Et^t cum magna cautela ambulent^u in aecclesia et dormitorio^v. In⁵ ipsa vero hora V psalmos pro congregatione singulae studeant decantare. Et⁶ cum^w ad proprium stratum^x venerit^y soror, dum se collocaverit^z, dicat psalmum: *Deus*⁷ *in adiutorium meum*^a et post Gloriam dicat

a) 'caeteri' B. b) 'et — voce] pronuntiante voce' B. c) 'vesperam] vespere autem' B. d) 'in unum' desunt B. e) 'vespertino' deest B. f) 'surgant] omnes' add. B. g) 'dicat — abbatissa] dominus dicat abbas' B. h) 'nostrum] in nomine Domini' add. B. i) 'Recepto — oratione] et omnes respondeant: 'Qui fecit coelum et terram' et cum silentio et reverentia intrent ad completorium et orent cum intentione mentis et' B. k) 'alternatim] ad alterutrum' B. l) 'et] sic' add. B. m) 'completorium] completorium' M. n) 'non — alte' desunt B. o) 'eodem] vero' B. p) 'Domine — omnipotens] omnipotens aeternae Deus' B. q) 'dignatus — mihi] per tuam sanctam misericordiam in hac die custodire dignatus es; deprecor immensam clementiam tuam, ut concedas' B. r) 'mundo — sic] sine ullo peccato aut impedimento sathanae cum dulci et pudica requie' B. s) 'quatinus — possim] ut matutino veniente tempore pure et strenue surgens tibi Deo meo laudes referre valeam' B. t) 'Et] sic' add. B. u) 'ambulent — dormitorio] vadant ad dormitorium' B. v) 'dormitorio] in dormitorio' C. w) 'cum] dum' B. x) 'stratum] lectum' B. y) 'venerit soror] frater accesserit' B; 'venerint' C. z) 'collocaverit] collocat' B; 'clerus' add. C. a) 'meum — Gloria] totum <cum> Gloria et postea' B; 'meum intende totum cum Gloria et post' C.

1) Zu 'Post vesperam — eodem officio' vgl. Mem. Bened. p. 69.
 2) Psalm. 123, 8. 3) 'puelle — ita dicendo' aus unbekannter Quelle.
 4) Zu 'Gratias tibi — dormitorio' vgl. Mem. Bened. p. 69 und Chrod.⁴ c. 23. 5) 'In ipsa — decantare' aus unbekannter Quelle. 6) Zum Schlussabschnitt vgl. Mem. Bened. p. 69 und Chrod.⁴ c. 23. 7) Psalm. 69, 2.